Hic duo sunt notanda. primum est quod eadem scientia est que considerat substantiam et per se accidentia substantie. secundum est quod eadem scientia est que considerat principia complexa que sunt dignitates. consurgit ex hoc quod ipse passiones per se demonstrantur. explicatur de secundo. notandum est quod magis dubitandum est quod alia scientia considerat substantiam et alia passiones. sed una et eadem cadit sub utroque. Secundum quod est notandum est quod scientia non est que unum unum modum. sed habitus scientialis capit conclusionem demonstrativam et conclusionem diffinitivam. et quod ex conclusione diffinitiva devenitur ad demonstrativam. non oportet quod est in scientia sit diffinitio tantum vel demonstratio tantum. sed alia diffinitive et alia demonstrative. ex primo notato patet quod hec scientia una et eadem est considerare substantiam et passiones substantie. hec enim scientia sit esse cuius tamen sic dicetur in quarto. hec est considerare substantiam sicut prius dicebatur. quia enim alia scientia est considerare alia que sunt in analogia magis est primum in quo analogia quam aliorum. cum ergo hec scientia sit esse entia que habent analogiam ad substantiam. patet quod est magis considerare substantiam. et eciam demonstrat in primo notato quod eadem est considerare substantiam et accidentia. ista erit considerare substantiam in se et considerare accidentia substantie in quantum substantia. ex secundo notato patet quod argumentum contra hec posita a philosopho non valet. dicendum est enim quod in isto habitu scientie sic capiuntur due conclusiones scilicet diffinitiva et demonstrativa. et quod quamvis est in scientia non oportet quod sciatur alio modo tantum. sed aliqua uno modo alia alio. non tamen sunt accidentia et substantia sunt in una scientia. ergo sciuntur eadem conclusione ambo scilicet demonstrativa tantum vel diffinitiva tantum. et in non sequitur sic concludebat accidentia demonstrantur. ergo substantia non enim accipitur hic una scientia pro una conclusione. sed pro uno habitu scientiali qui componitur ex diversis conclusionibus. quarum una habet ordinem ad aliam aliter non facerent unum habitum scientialem vel una ordinaretur ad aliam. Amplius quod utrum sensibiles substantie et cetera. postquam posuit questiones que spectant ad consideracionem huius scientie. hic ponit questiones de rebus que cadunt sub consideracione scientie. scilicet sunt substantie separate vel sensibiles vel mathematice secundum opinionem ponencium substantias mathematicas esse. et circa hec tria facit. primo ponit questionem. secundo arguit ad unam partem. tercio ad partem oppositam. ibi. quo ergo dicunt. ibi. multas quidem modis. dicit ergo quod amplius quod utrum solum substantie sensibiles sunt dicende esse aut sunt aliquid alie substantie separate a sensibilibus. et si sunt aliquid alie substantie utrum iste sunt unum genus vel plura genera substantiarum separatarum. quidam enim posuerunt substantiam separatam quam vocabant ydeam rerum ut Plato et sequaces eius. quidam vero sunt dicentes ipsas species esse et ipsa sensibilia et ipsa intermedia esse que intermedia dicunt esse scientias mathematicas. Modo est quod sic dicendum est secundum quod ipse duplicem modum abstraccionis ponebant antiqui dicendum ergo substantiam separatam est enim una abstraccio qua abstrahitur quiditas ab eo cuius est quiditas ut homo ab hoc homine et hunc modum abstraccionis ponebant ponentes substantias separatas quas vocabant species. alia ergo abstraccio est quo abstrahitur forma quantitativa ab eo cuius est quantitas eo modo quo intelligo quantitatem preter materiam et hunc modum abstraccionis secundum eos [illegible] intermedia illa que [illegible] dicebantur intermedia. quia partim conveniebant cum sensibilibus

in quantum illa erant abstracta a sensibilibus sicut species. partim conveniebant cum sensibilibus. quia sicut in ista sensibilia reperiuntur plura in numero sub una specie ut plures homines sub humanitate. ita et in illis ut plures circuli sub circulo quod sunt in illis quia abstrahebant a quantitate sensibili puta calido et frigido tamen non abstrahunt a quantitate simpliciter. Deinde cum dicit. quo ergo dicunt et cetera. ponit argumenta pro parte affirmativa scilicet quod substantie sunt separate dicens pro quod quomodo dicunt ipsas species esse causas et substantias per se dictum est in primis sermonibus quando fuit habitum de ipsis per dictis in primo libro. quasi dicat ex hiis que ibi dicta sunt poterit probari quod species et ydee quas ponebat Plato sunt cause motus in istis et quod sunt quedam substantie per se separate a sensibilibus. Deinde cum dicit. multas quidem modis et cetera. ponit argumenta pro parte negativa scilicet quod non sunt substantie separate. et primo probat quod non sunt substantie separate a sensibilibus secundo quod non sunt intermedia mathematica inter sensibilia et separata a sensibilibus. ibi. amplius quod si quis preter species. dicit ergo quod preter multos modos possunt poni difficultates contra ponentes species. nullo tamen modo predictorum unum est absurdum quod sequitur. quasi dicat multa modo adducendi difficultates contra ponentes species tamen maxime absurdum est hoc quod sequitur scilicet dicere aliquas esse naturas separatas preter eas sensibiles que sunt in celo et dicere illas esse easdem specie cum sensibilibus. et in differre in illo non quod illa separata sunt sempiterna. ista corruptibilia. in dicta quod specifica non differunt nisi per se homines hec est homines separatim dicunt esse homines qui hec est speciem hominum sensibilium et equinitatem equorum. sic sunt per se equum ponebant esse equinitatem horum equorum et per se sanitatem quandam essentiam omnium sanorum et vivencium ponebant in separatis et sensibilibus non quod hec sunt sempiterna ista corruptibilia et tamen illa esse eiusdem speciei sicut est dicentibus deos esse eiusdem speciei cum hominibus hii enim nichil aliud fecerunt non ponere aliquos homines sempiternos. similiter et isti qui ponunt species nichil aliud faciunt nisi ponere species sensibiles esse sempiternas. notandum est quod in ista racione multa implicite tangit Philosophus contra Platonicos. primum est quod quiditas rei sensibilis sit separata a re sensibili et materie tamen in quiditate rei sensibilis cadat materia. secundum est quod dicitur ultimo quod nichil aliud faciunt nisi ponere res sensibiles esse sempiternas. est enim diligenter notandum quod licet causa agens sit separata a suo effectu realiter quod non efficit se ipsam. tamen causa quiditativa et formalis non potest esse separata ab eo cuius est quiditas realiter. est enim talis quiditas id quod est quiditas et quiditate sic ut formaliter et formaliter in formalis et in formaliter non differunt secundum rem separatim. in quo quod Platonici sequuntur duo inconveniencia quod nec quiditas potest esse separata in quantum quiditas nec quiditas rei materialis potest esse separata a materia. secundum inconveniens est quod quod Platonici est quod ponebant separata sint sempiterna et corruptibilia esse eiusdem speciei. et hec est impossibile quia generabile et ingenerabile differunt plus quam genere ut in decimo huius. multa inopinabilia contingunt dicentibus formas separatas naturales dicentibus quod hee species et ille sunt eodem nomine et diffinicione. et quod non differunt nisi quod hee sunt sempiterne et hee generabiles et quod non differunt in nomine et diffinicione. ponunt enim quod homo iste abstractus et homo in isto sensibilis est eodem nomine et diffinicione. [illegible] ergo post hoc probat in [illegible] sicut corruptibile et incorruptibile esse eiusdem speciei et quod ponant quiditates rerum

R°. 92. Vias directas solutionis habuerunt bona motiva

sensibilium esse separatas a materia propinquiora. dicentes autem
fortiores huius igitur rationem. Concedere ac intellectum dicentes fortiores
huius hic motiva quod est quod auctor in mediocri sua l.
g. ponit motiva intellecta quibus movebantur ita ad ponendum
res separatas. Primum motivum est quia aliud est se-
parari ab alio et expoliatum intellectum. oportet quod sit
expoliatum in esse. conditiones autem rerum percipiuntur
per ea et quiditates. ergo si expoliate in esse prout
et sic deduci ratio in intellectu est non sunt aliena a
rebus. si igitur principium unum prout ad aut in est in re alii.
sicut non est in re [illegible] ergo sicut est in intellectu. sicut est in re
ergo quod est expoliatum intellectum est expoliatum in esse.
Hoc motivum solvit ipse auctor dicens quod non oportet quod licet
quod intellectus apprehendit sine conditionibus eius tamen ad [universale]
sit separatum ab illo in re ut probatum est. non oportet quod si
[illegible] intellectus concipiat albedinem non concipiendo hominem
quod propter hoc albedo sit separata ab homine. nec oportet quod non
lineam concipiat praeter superficiem quod propter hoc sit separata
superficie in re. ratio autem auctoris est quia alia est ratio quiditatis rei
in se. alia ratio est rei ut coniuncta est alii. oportet autem ita esse
quod ratio est ex rationibus. una ratio potest concipi praeter aliam rationem.
ut verbi gratia alia est ratio hominis in se. alia est ratio hominis ut
coniunctus est in hoc homine. si non de ratione humanita-
tis esset quod esset de hoc homine omnis homo esset hic homo. alia
solutio auctoris est quod non est impossibile quod ad quod non est de ratione
alicuius eciam licet separetur ab eo. coniuncta in existencia. dum
modo rectitudo non contineat in sua rectitudine. verbi gratia
nodus est quod auctor hoc applicat rectitudinem et curvitatem rei.
sunt ergo aliqua quae separantur in rectitudinibus. quae tamen non separan-
tur in existencia sicut linea et superficies in existencia non
separantur. tamen curvitas et rectitudo lineae non est rectitudo
et curvitas superficiei. et quia intellectus per se respicit curvitatem et
rectitudinem. et non existenciam. ideo non obstante identitate ex-
istencie. stante tamen diversitate rectitudinum una
potest concipi et intelligi praeter aliam. aliqua sunt quae sunt coniuncta et
in existencia et in rectitudine sicut differentia et differentiatum et
similia quae non invenitur diversitas nec in rectitudinibus
nec in existencia non potest eadem separari cognitione intellectuali.
Alia solutio ponit auctor quod rectum est separare aliquid ab
aliquo per modum negationis et per modum [illegible] ideo hoc non est id
vel hoc non est cum illo vel per modum simplicis apprehensi-
onis intelligendo scilicet hoc praeter illud. Illa ergo quae sunt coniuncta in
existencia et non in essencia non cadunt sub primo modo appre-
hensionis. non enim dicit intellectus homo non est albus vel linea
non est cum superficie. sic enim esset falsus intellectus. sed solum
concipit albedinem simplici apprehensione non concipiendo hominem.
in quo hoc concipere et hoc separare non est non concipere conditiones
unius praeter quiditatem alterius. sic simplici appre-
hensione concipit lineam non concipiendo superficiem.
Illa autem quae sunt coniuncta et essencia et existencia non cadunt sub
primo modo apprehensionis nec sub secundo. in quo unum concipiatur
praeter aliud ad primo modo vel secundo. Secundum motivum est hoc
quod omnium existencium in una specie est intencio una. potest
autem sic fieri ratio omnium existencium in una specie est una ratio
intencionis non potest esse autem una intencio ut in materia existens.
quia omne quod est in materia partiri et dividi est. ergo oportet quod sit una
intencio separata participacione cuius quod est in materia est tale

ut participacione humanitatis separate omnis homo est
omnis homo. Hoc motivum solvit auctor dicens quod
nos non intelligimus omnium existencium in una specie esse in-
tencionem unam in materia quae separata et per se existente. intel-
lectus enim [illegible] imaginari quod sit una humanitas sepa-
rata in se una existens. quae multiplicatur per multos. et
quia humanitas una existens habet respectum ad omnes quod participat
humanitatem et sic una in se existens habet respectum multi-
plicatur. sicut unum punctum in materia respectu habet ad multas li-
neas. sic ergo intellectus [illegible] non autem sic debet intelligi
esse unam intencionem omnium existencium in una specie.
sed debet intelligi una intencio quia in quantum [illegible] ne-
vit intencionem non largitur nec dat non intencionem uni-
versalis. in quantum de se sumpta est una ratio specifica et quae de se
largitur realitatem universalis. quod autem largiatur
aliam in multis hoc est per susceptivum. verbi gratia albedo
non dicitur una. quia in quantum non recipiatur sumpta dat et
largitur unam intencionem univocam rationis. quia non est iste quia
intencionem aliam specificatam et quia tamen est de se non largitur
non esse albedinis. quod autem largiatur hoc esse ut primo. hoc est
[illegible] communem ad [illegible] in quo recipitur. ponit autem ad exemplum
auctor humanitas et color dicuntur duae intenciones. quae una
est in multis. sed aliud et aliud modo intencionalis. specifi-
cantur in multis humanitas autem humanitatis una intencio est
una dico non in materia sed intencione. quia eo modo rationis
quo in forma hoc humanitas sua in multis eo modo et alia
quam humanitas in forma sua in multis et varietas ra-
tionis [illegible] quod omnium existencium sub una
specie est una intencio non in materia sed solum ratione. non enim
omnium hominum est una humanitas in materia. sed solum
una secundum modum concipiendi et rationis. quia intellectus con-
cipit eam praeter omnia principia individuancia. et quia principia indi-
viduancia dant sibi diversitatem. ideo concipit eam praeter
omnem diversitatem. et ideo ut una intencione non ut
una in materia. quia concipit eam praeter unitatem materiale.
Tertium motivum est quia si quaeratur utrum intencio sit
una vel plures omnium existencium sub una specie. utrum
quod non potest respondere quod sint plures. quia quae sunt
sub una specie conveniunt plures intenciones hoc est impossibile.
quia id est esse sub una specie et esse in una intencione. ergo
oportet respondere quod sit una. non potest autem esse una ut con-
iuncta cum materia ergo ut separata. Ad hoc motivum
respondet auctor. in [illegible] locis. quia quaestio de in-
tencione potest fieri sub duobus modis. uno modo sub
modo affirmationis in utroque extremo quaerendo scilicet utrum
sit una vel plures. Secundo modo per modum contradictionis quae-
rendo utrum sit una vel non una. si primo modo fi-
at quaestio. dicendum quod nec una nec plures. homo enim
non est nisi homo. de ratione enim sua non est quod sit unus nec
plures. si enim de ratione sua esset quod esset unus homo numquam
in multis posset salvari in pluribus. Si autem de ratione sua
esset quod esset in pluribus numquam in uno posset salva-
ri in uno tantum. ita quod eciam humanitas est tantum
humanitas. quod autem sit una vel plures hoc est de accidenti-
bus quibusdam. Si autem fiat quaestio per modum contradiction-
is. utrum sit una vel non una. absolute dicendum est respon-
dendum negando. quia in quantum est quod de se non est una.

eo quod de se non est nisi humanitas. ut autem melius videantur ista, Avicenna. Nota quod duplex est unitas: essentialis et que sequitur essentiam rei, eo modo quo dicimus quod humanitas est una essentia que est indivisa in se et divisa ab omni alia essentia. et si de tali unitate loquamur, cum queritur utrum sit una vel plures, dicendum est absolute quod una. talis enim unitas non est de accidentibus que consequuntur ipsam essentiam. sic enim humanitas et ydolum plures essentie sunt. sic humanitas in se tamen non est nisi una, et talis unitas non inest essentie per accidens sed per naturam suam. et si de tali unitate queratur per modum quod dictum est, utrum sit una vel non una, dicendum simpliciter quod una. alia est unitas que est in re ex parte suppositi individuati, eo modo quo dicimus quod hoc album est unum per suppositum individuatum. et talis unitas est de accidentibus que consequuntur essentiam, ut enim dicitur, ex plures. albedo non est nisi albedo; quod autem sit hec vel illa non per se est, et sic esse hanc vel illam est de accidentibus que consequuntur ipsam essentiam. hec enim vocatur accidens quod est extra intentionem rei. et de tali unitate intelligit Avicenna cum dicit quod si queratur de intentione utrum sit una vel plures, absolute dicendum est quod nec una nec plures. licet enim contingit sit una in existentia, tamen quod sit in existentia hoc per accidens est et extra intentionem rei est. Tertium motivum est quia dicunt quod intentio in individuis existentium non est una preter materiam, nisi sit separata a materia, eo modo quo dicimus quod humanitas preter materiam corrumpitur per corruptionem huius hominis. ita quod oportet ponere aliquod separatum unum in quo maneat corruptis particularibus. Istud motivum solvit Avicenna dicens quod non oportet quod si semper manet aliquid quod semper maneat idem numero. humanitas enim, licet remaneat corruptis particularibus, non est una et eadem humanitas numero preter materiam, sed quia preter materiam humanitas est eadem specie. quia generatio unius est corruptio alterius et econverso, licet semper deficiat in hoc, tamen non deficit in toto suo ambitu. licet enim corrupto Petro deficiat humanitas in Petro, non tamen deficit in quolibet individuo participante illam naturam. licet est ipsam esse perpetuam, scilicet ipsam perpetuari in specie per successionem individuorum. hec est ergo via Avicenne. aliter potest dici quod in unaquaque re includitur aliquid essentie et aliquid existentie. aliquid autem essentie dicitur preter materiam quia in quolibet instanti concipiatur vel concipietur, et hoc quia non continet durationem temporis. preter materiam enim vel concipitur quod homo est animal necessitate habitudinis hominis ad animal. aliquid autem existentie continet etiam durationem temporis, et non sine materia dicitur nisi preter materiam, quia non preter de re vel concipietur quod existat. permanentia ergo et perpetuitas in esse existentie est quia essentia preter aptitudinem naturalem est facere de se ipsa perpetuum conceptum, et quia ipsam concipi est concipere eius veritatem, ideo eius veritas dicitur quod manet et perpetua. non sic autem est in esse existentie, et quia esse existentie de se non est aptum natum facere perpetuum conceptum. non enim est necessarium utrumque

[ca]pit rem concipiatur eius existentie.

Hic postquam probavit quod non est dare species separatas, hic probat quod non erit dare mathematica separata. Quod dare sint media inter sensibilia et ipsa separata. Quod tamen illi qui ponebant ista sint media videbantur ponere quod quantitas mathematica quam vocabant sint media esse aliam a quantitate sensibili. et hoc tamen fuit dupliciter: quidam enim eorum ponebant hanc quantitatem mathematicam esse separatam a quantitate sensibili quo ad esse existentie, que existunt quedam per se. alii autem ponebant ipsam esse aliam a quantitate sensibili, tamen sint esse in eodem subiecto cum quantitate sensibili, et tamen ista quod illi deficiebant. Primo ista pars dividitur in duas: primo enim improbat positionem illorum qui ponebant istam quantitatem mathematicam separatam et extra. secundo ibi per eandem, improbat secundum modum illorum qui ponebant quantitatem mathematicam sint esse cum quantitate sensibili. Prima in duas: secundum quod alia est prima. dicit ergo primo in secundo ex parte... addicit quod quomodo posuit mathematica separata. secundo arguit per eas... sensibilis non unum, adducendo quod convenit quod postea posuit inconveniens. secundo adducit rationes et primo palam. dicit ergo primo quod preter ea que dicta sunt, si aliquis ponat in medio inter species et sensibilia, multas habebit dubitationes et multa sequitur dubitabilia. Secundum ibi deinde palam. adducit rationes quod et contra dicit in ... et ponit tres rationes; quas adducit primo. dicit quod de quibusdam et dubitaverunt. dicit ergo in prima ratione quod si sint aliqua media mathematica separata preter sensibilia, tunc erit dare lineam separatam preter lineam sensibilem, et similiter aliorum mathematicorum separatum erit preter sensibile. cum ergo astrologia sit una de mediis scientiis mathematicis, et ipsa sit de celo, sicut est dare lineam separatam, ita erit dare celum separatum preter sensibile, et solem et lunam separatam preter solem et lunam sensibilem. non autem est possibile quod ista sint separata, quia si celum esset separatum aut esset mobile aut immobile. immobile non potest esse, quia separata non movetur, quod non sit immobile; hoc est irrationale, quia de natura corporum celestium est quod perpetua moveantur. Quod ex ratione philosophi est in hoc sicut res cadit quod non sensibilis mathematica et speculatione causat separate. ergo et illa que cadunt sub speculatione astrologie, quia astrologia est quedam mathematica, et celum cadit sub speculatione astrologie; ergo celum est separatum quod est impossibile, quia sicut de ratione sua non esset mobile. Quod est quod forte videretur alicui quod linea vel superficies esset separata que cadunt sub speculatione geometrie, et hoc quia ista non continent motum; ergo videretur alicui quod ista que sunt de speculatione arismetrice essent quedam separata, et hoc quia non ut nunc non continent motum. ulterius dicere videri quod celum sit separatum, et hoc quia contingit motum. non autem quia non apparet in genere de mediis geometrie et arismetrice sicut de mediis astrologie. ideo magis adducit de ista in genere quod de aliis. Quod similiter ... astrologie preter hoc non est esse motum celi, etc. non licet preter ... est scientia. scientia enim illius considerat et motum ad formam et motum ad locum. licet magis est esse difficilis mo

tium et esse quantitatem motus. Sed non propter hoc esset motum nisi
esset scientia. Sed quia est esse distinctum a quantitatibus motuum ideo ma-
thematica est. Sed tamen quia non considerat quantitates simpliciter sed quantitates
in motu et quantitates in motu nullo modo separata est. ideo sta-
tim apparet prima facie quod id quod cadit sub consideratione astro-
logi non est separatum. Deinde cum dicit: Quare autem de quibus perspec-
tiva adducit secundam rationem quam ipsi dicebant quod sic est impossibile
illis de quibus pertractat perspectiva et illis de quibus pertractat ar-
monica que sunt in mathematica. hoc est de medio mathematicarum. in
illis non impossibile est esse aliqua separata praeter sensibilia propter eandem causam
cum quibus dicebatur de celo. sicut enim celum continet sensibile
sic et perspectiva que continet lineam visualem et armonica
sive musica que continet proportiones sonorum audibilium.
in quantum continet sensibilia. sensibilia autem non sunt intermedia
separata. Si enim essent aliqua sensibilia separata et intermedia
cum sensibilia dicantur respectu sensus essent et aliqui sensus intermedii
dicti et tunc sensus qui sunt in animali. Si essent sensus intermedii
dicti et separati essent alia sensibilia separata intermedia
inter corruptibilia et incorruptibilia et hoc est contra philosophum. Sed ea que cadunt
sub speculatione mathematicorum sunt separata et intermedia. Sed ea
que cadunt sub speculatione perspective et armonice que sunt
mathematice, hoc autem est impossibile quia speculationes istorum est esse
sensibilia. sensibilia autem separata non sunt quia nec sensus nec alia que esse
sensus separantur. Deinde cum dicit: Quod autem perspectiva non est esse lineam simpliciter
sed esse lineam visualem et ideo continet visum sensibilem. quia vi-
suale continet visum et sensum. et ideo si forte videretur
alicui quod geometria que est esse lineam sit esse ad separatum
tamen nullo modo videtur quod perspectiva que continet visuale sit
esse ad separatum. et ideo autem propter convenientiam sensus probatur
quod perspectiva non est esse separatum. Similiter musica non est esse pro-
portionum simpliciter. hoc enim est arismetica. Sed est esse propor-
tionum sonorum. sonus autem continet rem sensibilem. et ideo si videretur
alicui quod arismetica esset esse separatum sicut esse proportionum,
tamen nullo intelligenti debet videri quod id quod cadit sub specula-
tione musici sit separatum. tamen generat rationem sensibilem.

Certe autem quomodo iste scientie sunt mathematice si sint circa
sensibilia. hoc enim non videtur proprium illius scientie que sit esse sensibilia.
mathematice enim a sensibilibus abstrahit. Dicendum est quod iste scientie
non tractant de rebus sensibilibus in quantum sensibilia, sed in quantum sumunt
rationem rei mathematice. perspectiva enim dicens de linea
visuali magis dicit de visione in quantum salvatur in ratione
lineationis. quam de lineatione in quantum salvatur in ratione visi-
onis. Exemplum: non de non visionibus est problema illius. Sed videre
quomodo fiat visio per lineas et quomodo per lineas visuales
et per piramides lineares. hoc est perspectivum. Si enim ti-
naret de non visionibus in se iam esset illius. Sed quia principaliter atten-
dit lineationem in visione non visionem in lineatione ideo
mathematica vocatur. Quod tamen quod iste ipse considerat lineationem per-
actionem in visu et in quantum aliquo ideo non est pure mathematica. Sed
quodammodo accedit ad naturalem. quia tenens medium inter purum ma-
thematicum et purum naturalem. Et sic dicitur de perspectiva. Idem
de armonica sive musica. quia illa principaliter attendit so-
num. Sed musicus potest in proportionibus in sono et considerat
sonum proportionatum. magis considerat numerum proportionis quam
numerum sonorum. et ideo magis mathematica est quam naturalis. Sic ergo non ob-
stante quod considerent sensibilia. quia tamen considerant ipsa sen-
sibilia per rationem mathematicam non est inconveniens. sicut sonum per proportiones non

proportiones per sonum et visionem per lineationes non econverso.
ideo ponitur sub mathematica. Sed non pure mathematica eo modo
quo arismetica vel geometria. Deinde cum dicit: dubita-
bit autem aliquis etc. Vult ponere tertiam rationem ad probandum quod non est
dare intermedia. dicens. Si enim videretur maior ratio quod inter
species et sensibilia sunt aliqua intermedia in mathematicis quam in
aliis scientiis. et ideo merito aliquis dubitabit. esset quod contra
eos quare hec scientia mathematicalis non differt geo-
metria a geodosia que est etiam de mensuris sensibilibus.
quod geometria est de intermediis non sensibilibus. geodo-
sia vero de sensibilibus. pari ratione et propter medicinalem
sensibilem et propter medicinam aliam et scientia que est de sensibilibus
et alia de non sensibilibus dabitur aliqua intermedia. et erit
hec medicinalis que est de sensibilibus et medicinalis
que est de speciebus. quod est impossibile. quia si esset medicinalis intermedia inter
species et sensibilia. esset utique aliqua salubria intermedia
inter sensibilia salubria et autosanum. id est per se sanum
quod vocatur species. Sed secundum rationem philosophi si esset dare
triplicem gradum in scientiis mathematicis. In quo una scientia esset
de separatis que vocantur species. et una esset de inter-
mediis. sicut illa que vulgo dicitur geometria. et una
esset de sensibilibus. sicut illa que dicitur geodosia. pari
ratione esset una scientia medicinalis de speciebus sanorum et
una de intermediis. et una sit de sensibilibus. et
hoc est impossibile. quia medicina est de corporibus sanabili-
bus. corpus autem sanabile necessario continet materiam. et impossibile est
quod corpus sanabile separatum sit. et cum proportio sit in
eis eadem ratio nulla scientia separata poterit esse de
separato salubri vel intermedio. Deinde cum dicit: Sed
autem neque hoc etc. Arguit ad oppositum. scilicet ad probandum quod est
dare intermedia separata et hoc per unam rationem. Et ratio est
ista. At vero neque sensibilium etc. dicit ergo primo: dictum est quod
geodosia est esse sensibilium. Sed non videtur verum quod geo-
dosia sit sensibilium magnitudinum et corruptibilium
quia sensibiles magnitudines contingit corrumpi.
corruptis autem videtur esse corrupta geodosia. quod est
impossibile. Sequeretur ergo ratio ergo geodosia est in-
corruptibilium magnitudinum. Ratione huius est sepa-
ratum. ergo geodosia est de separatis. Quod autem eo
minus videtur quod geodosia sit de separatis quam alie
scientie mathematice probato ergo de hac quod sit esse sepa-
ratum multo magis et alie scientie erunt esse separatum
geodosia autem videtur esse separata. quia nulla scientia
est corruptibilium. quia si esset corruptibilium contingeret
quod scientia non esset esse veri. Deinde cum dicit: at vero ne-
que sensibilium etc. posita secunda ratione ad probandum
quod omnes scientie mathematice sunt separatum. et hanc
rationem primo hoc probat in astrologia. secundo de geometria.
de astrologia sic. non videtur quod mathematice scientie sint
sensibilium magnitudinum. nec quod astrologia sit esse
huius celi sensibilis. Secundo de geometria. non enim videtur
quod sensibiles linee sunt tales quales sunt ille
de quibus determinat geometer. nullo enim
sensibilium sit esse verum et rectum quod dicit geometria
non sunt vera in sensibilibus lineis. videtur quod alie sint
linee geometrie alie sensibiles. et alie fi-
gure. Ambo circulum non rectum de huius se-

III

vsum nec rotundum est tale quale est id de quo de-
terminat geometer. quia nullae sunt proprietates nisi
circulus .n. de quo geometria tangit planum in
puncto. circulus autem sensibilis non tangit regulam vel
planum in puncto. ita et aliae sunt proprietates rerum
mathematicarum et rerum sensibilium. et ideo pictagoras
redarguens geometriam ait quod videtur mi-
rari in multis et astrologi. quia revolutiones
celi secundum veritatem non sunt tales quales sunt ille de quibus
faciunt mentionem astrologi. Similiter cum astrologi po-
nant stellas loco punctorum et eas tamquam puncta
tractant sunt corpora. videtur quod mentiantur. quia astrum cum
sit corpus non potest habere unum punctum. Sic ergo est ista
non possunt verificari esse sensibilia. videtur quod sit
dare aliquod separatum. Sic ergo ratio philosophi. Ista de qui-
bus determinat astrologus non possunt verificari esse
de celo sensibili. ergo videtur quod sit dare aliquod celum
separatum esse quod possunt verificari passiones iste. Similiter cum
passiones geometrie non possunt verificari esse lineas
sensibiles ut exemplificatum est in ista parte hec circulus sensibilis. sic cir-
culus tangit planum in puncto. oportet dare aliquam lineam
separatam vel aliquam magnitudinem esse que verificentur.
quia omnis scientia est esse verum. Sed verum in sensibilibus non potest
inveniri esse sensibile. ergo oportet quod reperiatur esse ad se-
paratum. Conveniret autem videtur sit dare aliquam mathematicam
separatam sic disputatur sed ad hoc est dicendum quod licet po-
esse non quantitatis sed est non diversa in quantitate et naturam
que sic modo quantitatur. quia in hiis potest reperiri species
intellectualis que reducitur ad primam speciem quantitatis. quan-
titas enim est de accidentibus absolutis. Unde etiam
sic omnis scientia que considerat quantitatem considerabit ad quod
verum reducitur est. Communiter dicitur quod sit mathe-
matica et methaphysica. quia mathematica est de hiis que sunt
secundum rem in materia non tamen secundum conceptum. quia possunt con-
cipi preter materiam in quo non sunt separata secundum esse sed secundum diffi-
nitionem. methaphysica autem est de hiis que sunt separata secundum rem
esse et diffinitionem. et ideo si potest poni quod methaphysica
est de illis que sunt separata secundum esse et rem. sicut ma-
thematica. Conveniret quod mathematica non est de separatis
secundum esse. quia alio articulo [illegible] potest solum quod adducit
philosophus preter. ad quod [illegible] potest reduci ad
duo. primum quia scientia mathematica est esse veri. et quod sunt
in sensibilibus sunt corpora. quia ratio mathematica
est esse verum. Ita quod oportet in esse in re sic concipit. Et
veritas non est nisi adequatio rei et intellectus. Sed
mathematica esset de magnitudinibus non separatis.
videtur quod non esset esse verum. quia passiones de qui-
bus determinat mathematicus vel astrologus non possunt
verificari in rebus sensibilibus. Primum articulum potest sic
solui. Unde est philosophus quod id quod de se est corpus potest
ab intellectu concipi sub aliqua habitudine ut
quando in homine vel in plumbo est existere
quando quod est generale et cetera. quia etiam quando ipsum
esse existere. puncta quod hoc est aliquid. ut quod plumba est
aliqua generatione cadens. Unde quando quod hoc rotun-
ditatem et cetera. et de sic habet rationem considerandi potest
esse sensibile. vel oportet quod punctum et cetera. fuit diversa in re

quod unum et idem sub una ratione corruptibile est et sub alia ratione
induit modum necessitatis. Quod unum et idem potest esse
de se sensibile et mobile. et tamen potest concipi preter qualitatem
sensibilem et materiam et motum. ut oportet quod licet aliqua res
que una et eadem res in se sensibilis est. et tamen in conceptu
est concipitur preter qualitatem sensibilem. Sic res mathematica
licet sit sensibilis tamen scientia mathematica non est de ea ut sensibilis est.
sed ut secundum conceptum separata est a qualitate sensibili. Secundum
modum potest sic solui. mathematica non quod est esse verum. considerat
non passiones certas puncta magnitudinum
et linearum. Sed quod hee passiones sequuntur certas magnitu-
dines et lineas. Et licet contingat quod hee passiones
non reperiuntur in sensibilibus hoc forte est quia non reperi-
tur perfecte certum corpus in quo est ista passio. ut si pas-
sio circuli est quod tangit planum in puncto. si contin-
gat hoc non reperiri in sensibili circulo hoc forte est quia perfecta
circularitas in sensibilibus non reperitur. et tamen hoc non ob-
stante semper ista est passio circuli. passio est enim suf-
ficienter determinata quod circulus de se non habet nisi
obviare quod impeditur ab aliquo extrinseco sic
determinata quod continuum est divisibile in infinitum suf-
ficit quod habeat continuum in se quod continuum. licet non habeat
in quantum ens vel sensibile. quia sic prohibitum est dare minimam
naturam carnem. unde et astrologi inveniunt ponendo
esse celum excentricos et epiciclos. que videntur repugna-
re nature quarte. licet non est propter speculationem. Tercium est dictum
quia ad aliquam esse obiciunt contra eam ponentium in-
medias inter species et sensibilia esse tamen sub esse in sensibilibus et de-
facto propositum recitat opinionem. Secundo obicit contra eam. Primo nota
in italibus. Dicit ergo primo quod sunt aliqui qui dicunt esse
aliqua intermedia inter species et sensibilia ea esse coniuncta
sensibilibus secundum esse. quibus sic dicentibus evitare omnia impossibilia
que possunt eis accidere est maioris negocii quam sit presen-
tis. non maiorem orationem hic est minorem tractatum
quam sit presens tractatus de multis que impossibilibus que sequuntur
ad hanc opinionem iuste tangentibus. Unde dicendum quod hii
ponebant duas esse quantitates. quia una habebat rationem
intermedii. alia habebat rationem quantitatis. Et quod una esset
simul cum alia quia non poterat esse dimensiones penetrare
dimensiones sed dimensiones quas ponebant
intermedias vocabant aliquo modo separatas. quia non esset
aliqua quantitas sensibilis. immo poterat recipere omnem quanti-
tatem sensibilem. ymaginabantur enim suo modo in illis di-
mensionibus. sicut nos ymaginamur in [illegible] in
quantum invenitur separata. quamvis sit sub aliqua forma.
et tamen de se nec est quid nec quale nec aliqua forma in quo
secundum hoc aliquid separatur habet esse formam. et non in esse certum
tamen aliquo modo in esse existere. eo modo quo potest habere esse
in suo modo illi ponebant quantitatem que poterat re-
cipere omnem quantitatem sensibilem et istam ponebant lo-
cum et receptaculum omnium quantitatum sensibilium. quod
numquam erat quin esset sub aliqua quantitatum sensibilium
et quantum ad hoc erat non separata. absolute tamen non e-
rat aliqua quantitatum sensibilium. quia omnem poterat re-
cipere. arguit enim contra istam ponentem sic quod posset quan-
titas una preter omnes quantitates sensibiles que semper coniuncta sit
cum aliqua quantitate sensibili. in quo una penetret alia

spectat ad aliud genus philosophie vel probat quod locus quan-
titatis sensibilis non est quantitas separata. Deinde
dicit si vero intermedia &c. adducit rationes contra positionem predictam.
Prima ratio talis est: mathematica separata ponunt eandem
rationem quare ipsi propter abstractionem intellectus et unificationem
eius posuerunt mathematica in sensibilibus et
non solum hoc erit inconveniens ponere in eis sed
quod et separata oportet esse in sensibilibus quod tamen ille antiquior
posuit. Deinde cum dicit amplius sequitur &c. quia vi-
ta est in intermedijs ergo in speciebus. Dicendum est quod illi po-
nebant separationem tam in hijs quam in illis propter abstractionem
intellectus quia videbatur eis quod illa que abstrahit intellectus
sint abstracta in re. Si igitur aliqua ponuntur ipsa ma-
thematica esse in sensibilibus non obstante abstractione intellectus,
in quo duo ista possunt simul stare et quod intellectus abstra-
hat et quod illa sint in sensibilibus, videbatur eodem modo quod
non obstante abstractione intellectus qua abstrahit
species a rebus sensibilibus quod ipse species possunt esse
in rebus sensibilibus. Si vero in mathematicis abstrahuntur et non
obstante abstractione mathematica sunt in sensibilibus ergo
non obstante abstractione species erunt in sensibilibus. Deinde
cum dicit amplius autem &c. ponit secundam rationem dicens quod
positionem illorum sequitur quod duo corpora solida sint in eodem loco.
Ponunt enim corpus sensibile et corpus mathematicum et quod hec
duo corpora sunt simul quia corpus mathematicum est et non penetrat
se simul. Deinde cum dicit quod et hec &c. deducit philosophus quod duo
corpora non possunt esse in eodem loco. In physicis quantitas
quod enim corpus calidum et corpus frigidum non possunt esse in eodem lo-
co hoc propter naturam quantitatis non passionum. Si igitur quan-
titas physica vel quantitas salvabitur ratio duorum quantitatum
in physica videbitur simultas duorum corporum in uno loco.
Sed in corpore mathematico salvatur ratio quantitatis et corpo-
ris. Sed illi ponunt quod hec quantitas non est illa. Ergo in-
possibile est quod sint simul. Si vero passio in physicis vel hanc
simultatem quia corpus mathematicum non est passionatum
passione ut illi posuerunt quod non ... quod possit
simul esse cum corpore illi. Sed quia quantitas physica et illorum
alia est quantitas mathematica et alia naturalis ideo in-
possibile est quod corpus mathematicum et naturale sint simul. Probavit
de hac quantitate. Deinde cum dicit corpora glutinantia possunt
simul esse cum non glutinata aliquid respectu corporis
et aliis positionibus parte. Deinde cum dicit quod et hec &c. sicut non mo-
ventur esse in corporibus. Videtur enim quod due forme eiusdem
rationis non possunt esse in eodem sicut albedo et albedo.
Forme autem alicuius diversarum rationum possunt esse in eodem
sicut albedo et dulcedo. Ita suo modo corpora diversarum
rationum et diversorum predicamentorum possunt esse in eodem
sicut corpus substantia et corpus quantitas. Sed ista contra duo
corpora eiusdem predicamenti sicut corpus naturale et corpus mathematicum.
In quantum corpus naturale vocatur ipsa quantitas cum passione
sensibili, corpus autem mathematicum vocatur quantitas non
passionata secundum quod abstrahit a passione. Impossibile
est quod sint in eodem. Deinde cum dicit quod et hec &c. istud contra
secundum illos quia ponebant corpus naturale et corpus ma-
thematicum differre realiter. Et quod unum sit in alio.
Positionem autem philosophi non sequitur hoc inconveniens quia ponit
unum et idem corpus esse naturale et mathematicum quod ut nunc

et non esse mathematicum alio et alio modo considerandi
eadem. Ut quantitas est divisioni ut quanta est per
accidens omnibus sensibilibus dicitur corpus naturale illa autem eadem ut con-
cipitur preter ista dicitur corpus mathematicum. Sicut enim non est a-
liud linea que est mixta sensibiliter et que consideratur preter sensi-
bilia, in non est alia quantitas que iungitur formis sensi-
bilibus et que consideratur preter formas sensibiles. Deinde cum
dicit et adhuc esse immobilia ponit tertiam rationem contra positionem is-
torum. Et est ratio talis: quia ipsa mathematica erunt in
rebus sensibilibus que moventur non erunt immobilia sed mo-
vebuntur quia moto aliquo movetur id quod est in eo. Sed
mathematica secundum illos ponuntur in sensibilibus, ergo movetur
sensibilibus ipsa moventur quod est contra rationem mathematicorum quia
abstrahunt a materia et motu. Sed videtur quod hec ratio sit
in quantum contra aristotilem sicut contra rationem illorum quia mathematica
secundum philosophum sunt separata secundum conceptum sed non secundum esse
sunt in sensibilibus ergo motis sensibilibus ipsa movebuntur. Dicendum
est quod positio philosophi in duobus differt a positione illorum. Primo differt
quia illi ponebant aliam quantitatem realem mathematicam
et naturalem philosophus autem posuit eandem secundum tamen modum considerandi
esse naturalem et mathematicam. Secundo differt quia illi ponebant
realitatem quantitatis mathematice realem esse ab-
stractam a motu. Vel hoc implicabat contradictionem a impossibile
eorum quia ponebant mathematicam esse realiter abstractam
a motu et tamen hec quod sunt realiter in sensibilibus et non sequi quod
moveantur. Philosophus autem posuit quod secundum conceptum abstrahunt
a motu. In quantum quantitas movetur ad motum rei sensibi-
lis in quantum sit concepta et in quantum mathematica non move-
tur quia concipitur preter sensibilia que ipse requirit motum.
Deinde cum dicit totaliter autem ponit quartam rationem quod isti
dicerent ideo quod ponitur dicitur positionem cum aliis totaliter autem ista
causa potest dari rationalis quia ista ponunt esse et tamen
sensibilibus esse. Immo quia in quantum et eandem sequitur ut
tamen positionem quam sequebatur predicte. Sic vero sequebatur
ad istam positionem quod esset dare aliquod celum preter hoc ce-
lum sensibile in sensibus ad istam positionem et quod magis est impos-
sibile sed ad hanc positionem quantum ad primum quia secundum istam
positionem celum separatum non est in eodem loco cum hoc ce-
lo sensibili sed ad hanc positionem celum sensibile et celum
mathematicum sunt in eodem loco et sic duo corpora essent
in eodem loco quod est impossibile. Deinde cum dicit totaliter concludit philosophus
quod predicte questiones multam habent dubitationem quo se
habeant ista in eis et quo modo.

Et de primis vero omnibus generibus declaratis &c. postquam
disputavit questiones motas circa unum scientie
hic disputat questiones que moventur circa principia.
Ergo circa modum principiorum in nostra ... dubitationis mo-
dum et possibiles rationes. Prima ad hoc dicit, in deinde primo quia
primo querit utrum sint aliqua separata eorum que sunt
principia. Ista est huius huius tractatus dubitationes. Prima in deinde quia
primo querit utrum genera sint principia an non. Ergo que
genera sunt utrum que principia an non. Prima ut aliqua
primo ad hoc et in quantum mathematica &c. Prima sic in deinde quia
primo non ponit titulum questionis. Ergo disputat rationes ad
unam partem. Secundo ad oppositam. Ibi primo ut nota est,
et primo quantitatem non cognoscimus nunquam &c. primo querit
utrum principia sint et elementa sint ipsa genera que predi-

de pluribus, cum illa sint principia rei et elementa ex quibus primum res componuntur et ex quibus primum est unumquodque quod quidem principia insunt in ipsa re. Nota quod duas conditiones addidit: primum scilicet quod insunt in re et quod sunt primum ex quibus componitur res. Quia dicitur enim sunt ex quibus fiunt res quae non manent in rebus, sed transeunt, sicut sunt contraria vel privationes. Dicitur enim quod ex non albo fit album, sed tamen non album non manet cum albo, sed in generatione albi destruitur non album, et non de tali principio hic non intendit, sed de tali quod est hic quod ex eo fiat res et est in re. Quaedam insunt ex quibus fiunt res, sed tamen non sunt prima principia rei, quia propria tamen et quae non sunt prima, sed propria non dicuntur proprie elementa. Videmus enim quod corpus aliquod fuit ex carnibus et nervis, sed tamen quia ista resolvuntur ad alia priora non proprie dicuntur elementa aliquorum. De ratione enim elementi est quod non resolvatur ad aliquod corpus prius. Ad rationem ergo primorum quae non manent dicit quod cum insint, ad rationem vero quod in aliud resolvitur dixit primum. Deinde cum dicit: Ut vocis elementa etc. vult ostendere quod genera non sunt principia rerum, sed tamen illa ex quibus componuntur res et hoc per rationes per ... in primo ... in rebus artificialibus et adhuc ... et ... et dicit ergo ut supple quod elementa rei non sunt genera, unde elementa et principia vocis unumquodque esse ea ex quibus primum componitur, ut voces non enim principium et elementum vocis dicitur esse commune quod est vox, id est ipsa vox in universali, et quae vocis sunt ... diagrammatibus, id est demonstrationibus descriptionibus figurarum geometricarum, dicitur esse ... quod genus non est principium et elementum, sed solum illa ex quibus componitur. Hoc enim diagrammatibus non dicitur esse elementa hoc commune quod est diagramma, sed magis dicuntur esse elementa hoc theoremata quae demonstrantur in aliis demonstrationibus aliorum theorematum geometricorum. Et dico autem plura aliorum demonstrationes vel posteriorum procedunt ex suppositione priorum demonstrationum, ita quod in aliis priora sunt in posterioribus vel omnibus vel pluribus. Et est ergo textus philosophi hoc: sicut genus esset principium et elementum, hoc commune quod est vox principium et elementum vocis componitur. Et hoc commune quod est diagramma et quod commune est commune principium et diagrammatum geometricorum; sed non sunt. Ergo etc. primum. Nota quod in Euclide textus est ex deductione priorum et posteriorum supponitur, et per alia et per suppositionem illorum quae demonstrantur, ita quod ex virtute illorum suppositorum demonstratur illa quae demonstratur, et per illa demonstratur possunt demonstrari alia posteriora in quibus est quasi contentum virtus priorum in posterioribus causatur. Et hoc est quod dicit philosophus quod priora theoremata sunt illa quae sunt in demonstrationibus posteriorum. Deinde cum dicit: Amplius et corporum post hanc rationem ad probandum quod elementa rei sunt illa ex quibus componuntur res et sunt in ipsa componente et in rebus naturalibus. Dicit ergo quod illi antiqui qui posuerunt prima elementa et illi qui posuerunt unum, an vocabulis quae ... quod illa sunt elementa et principia rerum ex quibus res componuntur et ex quibus res constant sicut rebus

quod est in motu potest aliquid sciri vel enuntiari, quod patet sic: licet enim
id quod est in motu non sit in termino simpliciter a quo nec in termino ad quem
ut dictum est in ratione precedenti, tamen dici potest quod partim est in ter-
mino a quo et partim in termino ad quem. Et sic ad minus
hoc sciri potest de eo quod movetur, de eo etiam quod corrumpitur
aliquid sciri potest, quia omne quod corrumpitur erat ens; non enim quod non
est corrumpitur. Ergo ad minus hoc sciri potest de corruptibili quod erat
ens. Generatio etiam aliquid sciri potest de generabili, quia omne quod generatur
ex aliquo generatur, quod non generatur ex nihilo. Ergo ad minus hoc
sciri potest de eo. Vitam hanc summam patet tertia quae dicit. Et id quod dicitur
istis, scilicet quod de re existente in motu nihil potest sciri, videtur du-
bile esse; non videtur esse verum de re non quae est in motu ad sciri
potest in mole vel tamquam abiciens terminum a quo potest hoc de eo
quod abicitur, potest hoc de eo quod fit. Ergo ad minus hoc scitur de eo.
Ergo non dicunt [illegible] quod non potest sciri de re corporali, omne
enim quod corporale aliquid entis est. Ergo ad minus hoc sciri potest de
eo quod entis est. Tertio non dicunt [illegible] quod non potest sciri
de re generabili, omne enim quod generatur et fit ab aliquo generante ge-
neratur et ex aliquo generatur, aliquid enim ex nullo aliquo generatur,
aliter esset abire in infinitum in causis materialibus. Ergo de re genera-
bili ad minus hoc potest sciri quod ex aliquo generatur et quod non est abire
in infinitum in causis materialibus. ¶ Deinde cum dicit: Quoniam hii penitus
tetigerunt, ponit tertiam rationem. Ad cuius evidentiam notandum est quod isti qui
ponebant omnia esse in motu maxime movebantur propter motum
augmenti. Dicebant enim quod motus augmenti esset continuus,
et quod quantitas rei secundum quod attenditur divisionem proportionalem
secundum partes temporis in quolibet parte temporis fiat augmentum
secundum aliquam quantitatem quae se habet proportionaliter ad totam quan-
titatem sicut se habet pars temporis ad totum tempus. Arguebant
ergo isti illa quae augmentantur continue augmentantur et
tamen ille motus est nobis insensibilis et imperceptibilis. Ergo a simi-
li aliquam moventur aliis motibus a motu augmenti continue mo-
ventur, licet ille motus sit a nobis imperceptibilis. Hanc rationem
tertiam [illegible] philosophus dicens quod permittentes hanc rationem quae est
de augmento dicimus quod non est idem motum secundum quantitatem et secundum
qualitatem, licet enim id quod movetur motu augmenti non maneat
secundum quantitatem, tamen ad minus manet idem secundum qualitatem
et speciem. Ergo de eo quod movetur motu augmenti ad minus
hoc sciri potest quod in toto augmento idem est secundum speciem et secundum qua-
litatem et esse. ¶ Notandum est quod isti qui movebantur ex
motu augmenti in duobus peccabant. Primo quia non est ne-
cesse quod motus augmenti sit continuus. Non enim sequitur quod si aliquid
secundum tantam quantitatem augetur in toto anno quod secundum di-
midium minus quantitatis augeatur in dimidio mi-
nus anni. Secundo peccabant quia licet id quod movetur motu augmenti
varietur secundum quantitatem, tamen non oportet quod varietur secundum
qualitatem et speciem, id est secundum qualitatem specificam, ex quo sequitur quod non
obstante motu augmenti ad nec veritate potest

sciri de rebus. ¶ Deinde cum dicit: Amplius autem, ponit quartam
rationem quae talis est. ¶ Ad cuius evidentiam notandum est quod isti videbantur
sic arguere: entia sensibilia quae sunt apud nos, id est infra sphe-
ram activorum et passivorum, sunt in motu. Ergo omnia entia
sunt in motu. Contra hoc arguit philosophus sic: entia quae non sunt
generabilia et corruptibilia, non infra sphaeram activorum et passivorum,
maiorem quantitatem habent quam entia corruptibilia generabilia
quae sunt infra sphaeram activorum et passivorum. Si ergo per entia
quae sunt infra sphaeram activorum et passivorum isti enuntiaverunt
quod totum ens est in motu male enuntiaverunt. Si enim per
ens quod est infra sphaeram activorum et passivorum potest enun-
tiari de toto ente quod est in motu, multo magis per
ens quod non est infra sphaeram activorum et passivorum potest
enuntiari de toto ente quod totum ens est immobile, cum
hoc sit maioris quantitatis quam illud. Hii ergo male enun-
tiant, quia quod competit parve quantitati entis attribuunt toti en-
ti. ¶ Vitam hanc summam, patet littera quae dicit quod sic estimantes
quod omnia sunt in motu et hoc quia viderunt paucas entium sen-
sibilium esse in motu dignum est reprehendere. Hii enim pau-
ca entium quae sunt in motu non debent enuntiare de toto
ente et de toto celo quod sit in motu. Celum enim licet
moveatur localiter, non tamen movetur ad formam. Hii enim
ea quae sunt apud nos quae sunt in motu non debent enuntiari
de toto ente quod sit in motu propter hoc enim locus sensibilis quod
est apud nos continue est in generatione et corruptione, et ens quod
est hic est in motu; tamen ens quod est apud nos secundum minus
quantitatis est respectu quantitatis superiorum corporum. Terra enim secundum
minus quantitatis est respectu celi et non est centrum mundi
factum est. Ergo enuntiare de toto ente quod competit mi-
nime parti entis. ¶ Notandum est quod sic probant astrologi:
sex signa apparent super terram quod non esset si terra haberet
quantitatem nobilem respectu celi. Illa enim quantitas nobilis
occultaret nobis aliquam partem celi in qua non apparerent
nobis sex signa super terram. Cum ergo hoc sit falsum, videtur enim
quod terra est centrum et punctus respectu celi. ¶ Deinde cum dicit: tamen
propter palam, ponit quintam rationem quae dicitur quod omnia sunt in mo-
tu dicentes quod dicere quod omnia sunt in motu contradicit hiis quae alias dicta
sunt a nobis in aliis locis. Dictum enim est a nobis in aliis locis
quod est dare quoddam immobile separatum a motu et quoddam primum
movens immobile. Hoc est ergo quod enim attribuitur debet esse.
¶ Notandum est quod dicere omnia esse in motu implicat impossibile. Omni
enim motui oportet aliquid immobile. Si ergo omnia essent in mo-
tu motus non arguit contradictio in mobile quod est impossibile. Hoc est
ergo quod forte voluit dicere philosophus in ista ratione intendens
quod sicut ens per participationem arguit ens per essentiam et ens
quietum arguit ens separatum, in ens in motu ar-
guit ens immobile. Et sic impossibile est dicere quod omnia en-
tia sint per participationem vel quod omnia entia sint quieta, immo
impossibile est dicere quod omnia sunt in motu. ¶ Deinde cum dicit:
Et quidem quoniam, ponit septimam rationem quae talis est quod opinari
quod omnia sunt in motu contradicit opinioni quae dicit quod quaedam
non omnia sunt simul. ¶ Ad cuius evidentiam notandum est quod omnis
motus localis supponit distantiam localem, id est terminum
a quo distat localiter a termino ad quem. Numquam esset mo-
tus a termino a quo ad terminum ad quem supposito motu
distantiam localiter. Item enim ea quae sunt in eodem loco
non est per se motus, sicut quod idem omnino sit et velut potest esse

colouratum et quantum non est per se motus a quanto in colora-
tum non est ergo dicemus ergo quod habet primam distantiam
que reatur in motum non est motus item ea a [illegible] eius species
sic non diversus quod ad movens ab albedine in albe-
habet eandem distantiam que reatur in motum dicitur quod non
est motus in forma que compaciuntur se in eodem [illegible]. Si
ergo qualitas contrariorum [illegible] de eodem non erit motus
a quo in quale non mutatio a contrario in contrarium. Di-
cendum quod ista oppositio magis est cum quietis quam mo-
tus. Si utrumque contrariorum in utroque quiescitur
necesse est quod fiat motus a quo in quale [illegible]
dicendum quod sit contrarium ad esse et non magis est ad quietis
quam motus. Item ad quod ad motum non habet quia mo-
tus est habet in indigentia. Si omnia sunt in omnibus et omnia mix-
ta de omnibus omnia [illegible] ab omnibus et sic destruitur omnem motum.
[C]onsequenter dicit nunc distinguet scientiam habet motum [illegible]
destruerent eius ... dicit nunc supposito quod res sensibiles
sunt in motu potest haberi aliqua scientia de eis. Quod est con-
tra quosdam sic procedendo est primo ponere tres rationes quibus
aliqui possent uti ad destruendum scientiam simul.
Ergo aliqua ratio est ex parte modi sciendi, alia ex parte sci-
bilis, alia ex parte scientis, alia ex parte medii
per quod aliquid scitur. Secundo ostendit quod quod potest sciri et de
re sensibili et solvendo istas rationes in oppositum. Similiter
ergo aliqua ratio est ex parte modi sciendi et est prima
ratio talis. Si aliquid scitur ex priori scitur et notiori.
De illo ergo priori et notiori contingit nunc sci-
tur vel non. Dicendum quod non scitur nunc in possibile
quia habet ad infinitum et id magis. Si ergo illud prius est
[illegible] quod potentius scitur nunc quam ipsum multo magis
scitur. Si dicatur quod illud prius et notius scitur
quod quia est scitum per prius et sic erit abire in infi-
nitum in primis vel ergo nullum scitur vel si scitur erit da-
re infinitate prius notius. [A]lia ratio est ratio prima sumpta
ex parte scibilis et est ratio de qua scientia est mecum in-
tra quam ratio magis probat quod de sensibilibus non est scientia
et per hoc sic formari. Omnis scientia est de firmo et permane-
nti. Sed sensibilia sunt in continuo motu et continua transmu-
tatione. Ergo de eis non potest haberi scientiam. Tertia ratio sumi-
tur ex parte scientis que vel est ratio Menonis et ratio
Menonis de qua fit mentio in primo posteriorum et potest esse ra-
tio talis: vel addiscit aliquis vel novit. Ergo quamquam ad
discat ad novit quod quod addiscit et non addiscit
erit [illegible] vel impossibile. Ergo nullus addiscit. Item non
potest haberi scientiam qui vel addiscat vel ergo oportet dicere quod omnia
sciuntur et notorie et sic nove erit novum in
natura. Vel oportet dicere quod si anima nostra est creata sic ta-
bula rasa quod vel potest addiscere quia anima nuda nihil
prius novit. Quarta ratio sumitur ex parte medii per quod
res si scitur cognoscitur. Omnis enim res que a nobis
cognoscitur si cognoscitur per ydolum et per speci-
em. Quia lapis non est in anima sed species lapidis nec
anima est locus rerum sed est locus specierum et intentionum.
Ydolum autem rei non perfecte dicit notitiam rei. Cognoscen-
de enim ydolum rei non est perfecte cognoscere rem.
Cum ergo apud nos non sit res sed ydolum. Videtur quod
res non sciuntur a nobis vel si sciuntur in perfecte.

scivit si declaratur est ergo primum. Postea est ergo secundum. Secundum quod
contingit ad scire quod potest probari primo sic argu-
mento. Desiderium nature non est frustra. Homo habet primum in primo hu-
ius scire scire desiderat. Ergo desiderium eius ad scire
non est frustra. Certe autem frustra non contingeret eum ad
scire. Potest formari aliter idem argumentum sic quod homo
naturaliter desiderat possibile ei advenire. Sed omnes homines na-
turaliter scire desiderant. Ergo possibile est quod scientia eis adve-
niat. Potest ergo ad sciendum potest argui sic quod du-
bitat an contingat ad scire non dubitat se du-
bitare. Sed certus est se dubitare. Non est autem certus
nisi de eo quod scit. Ergo ille qui dubitat de scire
necesse est concedere se ad scire. Potest idem argumentum
formari sic qui negat scientiam scientiam concedit et
quod certum est quod non est scientia et sic est certus aut non de eo quod
scit. Qui ergo negat scientiam concedit scientiam et
sic ad sciri non potest negari. [Q]uid est enim [illegible] ut
[illegible] melius videamus et ut pateant que dicere
sunt illa ante potest haberi scientia quod [illegible] videndum est quid
est scientia et quid sit cognoscere ex quo vero videndum
est quid est scibile ut ex cognitione scibilis concludatur
quid est scientia. Dicendum est ergo quod scibile perceptibile est idem
vel dicitur sciri quod ab intellectu percipitur. Sed hoc non suf-
ficit videtur vel quod opinabile autem non ab intelle-
ctu percipitur et tamen ut sic non est scitum opinatum.
Ergo et scitum istis differunt quia opinatum accipitur
ab intellectu sed cum formidine alterius partis. Unum in
intellectus opinatur quodammodo vacillat. Scitum
autem accipitur ab intellectu sine formidine alterius partis.
Sic ergo scibile est perceptibile ab intellectu et scitum est per-
ceptum ab intellectu et quod ad hoc convenit cum opinato vel
opinabili. Sed quia est perceptum cum quadam certitudine
differt scitum et opinatum. Scitum est ergo quod percep-
tum est cum quadam certitudine. Sed hoc non sufficit videtur
enim quod dignitates et principia prima percipiuntur
ab intellectu et percipiuntur cum quadam eminenti
certitudine et tamen principia non sciuntur quia scientia non
est principiorum sed magis conclusionum. Oportet ergo plus adde-
re quod scitum est quod est perceptum ab intellectu et cum
certitudine. Tamen quod ista certitudo percipiatur
ab intellectu per resolutionem scibilis vel sciti ad
suas causas. Unde hoc ut [illegible] item certitudine principiorum
et certitudine conclusionum. Quia certitudo principiorum percipi-
tur ab intellectu sine resolutione ad aliqua priora
quia principia non habent priora. Certitudo autem conclusionum percipitur
ab intellectu per resolutionem conclusionum ad causas suas.
Et ideo principia non dicuntur sciri sed magis intelliguntur. Conclusiones
autem proprie sciri dicuntur. Possumus ergo concludere diffinitionem
scibilis vel sciti dicendo quod scitum est cuius certitudo percipitur
ab intellectu per resolutionem eius ad suas causas.
Hoc primum differt scitum et opinatum. Hoc secundum dif-
fert scitum et intellectum. Vocatur intellectum habitus princi-
piorum. Ergo scitum est cum certitudine perceptum per reso-
lutionem ad causas. Oportet quod scientia sit certa perceptio intellectus
habita per resolutionem effectuum ad causas. Unde quid est
scientia patet quod ad sciri potest. Certitudo enim multorum
percipi potest ab intellectu per resolutionem eorum ad suas causas.

et per quod aliquid sciri potest et ideo est non proprie modus. Sed diligenter notandum quod scientia duobus accipitur. Primo uno modo accipitur scientia pro quacumque cognitione certa et sic ista acceptio est in proposito et isto modo accipiendi dicitur ad sciri eo modo quo dicitur quod scientia est certitudinaliter aliquid scire et cognoscere. Dicitur enim quod sciens ille non cognoscit ad cuius non conditionibus multorum. Secundo modo accipitur scientia proprie et isto modo accipitur cognitio scientialis est cognitio intellectiva certitudinalis habita de re per resolutionem rei ad causas suas. Et isto modo accipiendi dicitur quod ad sciri est de re sensibili. Primo quia falsum est quod dicebant isti scilicet quod omnia sunt in motu. Secundo quia in rebus sensibilibus sunt aliquae rationes immobiles et ideo quae possunt resolvi ad causas suas est. Et notandum diligenter notandum ut pluries dictum est quod scientia abstrahit ab esse existere et contingit esse et esse. Sic enim necesse quod res sensibiles sunt multe rationes immobiles quae comprehendi possunt ab intellectu et per quas sciri movetur. Ad rationem per esse existere et non esse in esse universale est quo ad presens sciri modo solvendo quod rationes quae sunt incorruptibiles. Ad primam rationem quando dicitur quod omne quod scitur scitur ex prioribus et notioribus. Dicendum quod verum est. Sed cum quando dicitur quod ista priora prius sciuntur vel notiora dicendum est quod prius non sciuntur proprie sed magis intelliguntur. Et cum quando dicitur quod intelligere et videre prius quam scientia quod conclusionem, prius ergo nobilior cognitio quam cognitio quae conclusionis cognitio est cognitio talis simpliciter cognitio quod est totum et quod est per quod cognoscitur quod esse totum est maius sua parte conclusione non cognoscitur per resolutionem ad causas suas. Et quando dicitur quod prius universaliter et magis. Dicendum est quod in eodem proprie verum est quod quidquid aliquid est salvatur in causa et effectu nobiliori modo salvatur in causa quam in effectu sicut est in proposito quia cognitio salvatur in principiis et conclusionibus sed nobiliori modo salvatur in principiis quam in conclusionibus. Ad primam rationem quando dicitur quod omnia sensibilia sunt in motu. Dicendum est quod haec ratio procedit multum modis. Primo quia isti autem arguebant credebant quod omnia entia essent entia sensibilia et per esse sensibilia sunt in motu credebant quod omnia entia essent in motu. Dicendum quod omnia entia sunt sensibilia falsum est. Sic ostensum est in ista. Secundo probabant quia non probabant quod de re sensibili et motu non potest accipi ab intellectu ratio fixa et in tali multis eo modo quo dictum est. Dicendum quod in rebus sensibilibus manent intelligibiles et immobiles rationes. Ad tertiam rationem quando dicitur quod quod est discitur prius novit. Dicendum est quod haec ratio fundatur super hoc quod omnis cognitio ex praeexistenti fit cognitione et ideo dicebant isti quod quando discitur prius novit. Declarandum est secundo quomodo disciplina fit ex praeexistenti cognitione. Ad quartam rationem dicendum est quod non debet sic intelligi quod id quod discitur eodem modo praecognoscatur quo discitur. Sed debet sic intelligi quod id quod discitur alio modo praecognoscitur et alio modo discitur et non oportet quod sit cognitum per omnem modum. Sed solum sufficit quod sit cognitum secundum aliquem modum id est in quantum discitur in principiis praecognoscitur in universali. Ad ultimam rationem quando dicitur quod per dolum rei non ducit in cognitionem rei. Dicendum est quod per dolum rei secundum se habet duobus modis potest se habere ad intellectum. Uno modo quod ipsum per dolum rei sit obiectum cognitum ab ipso intellectu in quo intellectus intendit sive fertur secundum ipsum per dolum. Et isto alio

modo ut per idolum rei non habet perfectam cognitionem de ipsa re. Et hoc quia videtur ipsum idolum non est per se unde re ipsam. Secundo modo potest se habere ad intellectum idolum non quia sit obiectum intellectum vel cognitum sed solum quia sit ratio intelligendi et cognoscendi. Et isto modo per ipsum idolum tamquam per rationem medium et non per obiectum medium potest haberi cognitio de ipsa re. Argumentum autem arguebat ac si idolum esset quoddam obiectum medium inter potentiam intellectivam et rem. Et quia quod non est verum quia idolum non cadit medium sicut obiectum sed sicut ratio.

De veritate non propter disputavit contra opiniones illorum qui ponebant quod omne apparens est verum. Et dicit quod probat istam opinionem. Secundo concludit conclusionem principalem intentam. Primo quod quaedam sunt funestissima esse principium. Dicit ergo primo disputat contra motivum illorum qui ponebant istam opinionem. Secundo disputat quod aliquis qui ex quadam proterva dicebat istam opinionem esse veram. Primo dicit quod quidem. Prius per se in septimo per se septimo ibi ratione quas adducit. Quarta primo. Deinde dignum mirari. Tertia primo. Amplius autem de futuro. Quarta primo. Amplius autem in sensibus. Quinta primo. Quorum unusquisque in eodem tempore. Sexta primo. Quamvis et haec ratione destruunt. Septima in toto secundum. Postea secundo punit rationem. Ad cuius evidentiam notandum est quod isti in opinione sua dicebant quod omnia quae sunt sensibilia sunt eadem vera vel eadem falsa ac si unum et falsum possent esse in sensu. Quod tamen falsum est sicut non ipse non dicit unum neque falsum et ignorare falsum non est in sensu. Sed est in sensiori potentia est iudicare de re sensibili. Hoc est ergo quod dicit Philosophus ita omnino est quod non omnia sunt mutabilia sed de veritate aliorum opinio sunt scilicet quod non omne apparens est verum. Ista conclusio probatur est quia sensus non est falsum et per ipsum obiectum. Sed falsitas per ipsum ad superiorem potentiam scilicet ad fantasiam quod quando non est sensus est motus factus a sensu. Notandum est quod differt unum esse in aliqua potentia et illam potentiam dicere verum. In potentia enim cognitiva potest esse id quod est verum quia sensus est verum respectu proprii obiecti. Sed potentia cognitiva non dicit verum nec falsum. Et hoc est quod dicit Philosophus in littera quod sensus est verus respectu proprii obiecti et non falsus. Sed dicere falsum vel iudicare falsum pertinet ad potentiam superiorem quae habet iudicare de actu potentiae inferioris. Debet non per imaginari quod sensus potest clarius non decipitur circa proprium obiectum. Et quia sic accipitur ita remanet. Sed tamen potentia superior sicut fantasia in iudicando de actu potentiae inferioris aliquando decipitur et dicit falsum. Verbi gratia visus videt rem non in eadem et tamen non decipitur quia sic immutatur et accipit in remanente. Sed deceptio est in potentia superiori quae iudicat remanens esse factum cum non sit factum. Et isti decipiebantur quia credebant quod dimittas iudicationis pertineret ad sensum et tamen est falsum. Deinde cum dicit. Deinde dignum mirari. Postea ponit rationem. Ad cuius evidentiam notandum est quod isti in sua opinione dicebant quod omnia quae apparent sensui sunt eadem vera vel eadem falsa. Erat autem motivum eorum quia cum est in alio ratio quod apparent huic sit magis verum quam id quod apparet illi. Istud motivum destruit Aristoteles in ista ratione notans considerare quod iudicia omnium non sunt aequalia sed eadem vera. Et quia falsum est dicere quod dicebant isti quod omnia apparentia cuiusque sunt eadem vera vel eadem falsa. Hoc est ergo quod dicit littera quod dignum est admiratione si aliquis dubitat in hoc quod diceret quod debet omnibus dicere notum quod iudicia omnium non sunt aequalia. Mirum est enim si aliquis dubitat utrum magnitudines debeant iudicari tantae vel tales quales apparent de prope vel de longe.

etiam non debet esse cuius quod debet iudicari tante vel taliter aliter
nunc de propinquo et de quia distantium improportionatam impedit actum
iudicii. Etiam est et quod aliqua non debet iudicari talia qualia nunc
infirmis sed sanis. Verum est nisi aliquis velit iudicare
dispositionem secundum iudicium laborantium et infirmorum et non ita
quod secundum iudicium sanorum. Verum est et iterum gravia debent
iudicari talia qualia nunc robustis an qualia nunc
debilibus. Quasi dicat gravia debent iudicari talia qualia nunc
robustis et non qualia nunc debilibus. Et quia robusti
iudicant de ponderibus secundum quod sunt, non secundum quod debiles, quia vel
tamen nunc gravia debilibus propter defectum virtutis quod tamen in
veritate gravia non sunt. Verum non est et sic aliter dubitat
si aliquid debet iudicari verum secundum iudicium dormientium
an vigilantium. Quasi dicat istud dubium non est, sed etiam debet esse quod iu
dicium de veritate debet accipi secundum iudicium vigilantium et non
dormientium / et hoc est quod aliquando [illegible] contra quidam dicunt
contra. Etiam est enim quod id est verum quod iudicatur esse verum a vi
gilantibus, non quod id quod iudicatur esse verum a dormientibus.
Sed non aliter somniavit se de nocte esse Athenis cum tamen
esset in Libya, surgens a somno non propter hoc ibit ad odium, id est
ad talem locum cum est Athenis. Quasi dicat: et si aliter somniavit se
esse Athenis, non tamen propter hoc verum est. Et ideo homo somnians sur
gens a somno non sequitur quod somniavit ac si esset in veri
tate. Amplius autem etc. de futuro. Ponit tertiam rationem contra
istos sic. Verum dictum est in praecedenti ratione illi ponebant quod iu
dicia omnium essent aequalia vera et quod non erat maior ratio
quod iudicium unius deberet esse verum quam iudicium alterius. Hoc
motum improbat Philosophus in hac ratione sic et in praecedenti dicens quod se
cundum iudicium ponentis non est similiter propria prius. Et firma opinio me
dici de aliquo futuro sicut opinio ignorantis. Verbi gratia
non est ita credendum ignoranti sicut medico de futura sani
tate vel non futura. Quasi dicat iudicium de infirmo sanan
do vel non sanando non debet accipi secundum iudicium ignorantis
sed secundum iudicium medici et scientis. Ergo iudicia non
sunt aequalia. Amplius est dicit etiam quod in sensibus ponit
quartam rationem quae probat quod iudicium sensuum si iudi
care possunt non est aequale propria, nec aequaliter sunt esse omnia
vera / sicut non erat sensus esse verum quod esse verum proprium
in quo vel [illegible] non errat / sicut
errat sensus particularis esse verum alterius sensus quod esse verum
proprii, quasi dicat Philosophus quod iudicia non sunt aequalia patet
duobus modis / primo propter dictam quod est sensum verum proprium et debet
esse, ergo propter dictam quod est sensum verum proprium unius sensus et verum
proprium alterius / hoc est ergo quod dicit tertia quod in sensibus non est etiam
verum ea iudicatio sensus eo modo quo iudicare potest
esse proprium sensibile et esse alienum, non est aequaliter vera et aequaliter credendum iudi
catio sensus esse proprii sensibile et esse proprium, id est esse commune. Visus enim
iudicat de coloribus non gustus, et gustus de sapori
bus et non visus. Et ideo in iudicando colorem non est aequaliter credendum
gustui sicut visui, nec in iudicando saporem est aequaliter cre
dendum visui sicut gustui. Ita tamen sicut dictum est quod iu
dicare proprium non est sensus particularis, sed solum potentiae sensi
tivae. Amplius autem etc. dicit quod nec unusquisque ponit
quintam rationem / amplius eius non est quod unde de ista opi
nione ponebant quod omnia erant sibi vera. Et quod [illegible]
et arguebat ex iudicio sensuum / quod secundum quod erat
aequale iam / sic [illegible] arguebat / ideo quod vel sensus esse vero

tempore huius sentienti eidem sentienti in aliquo tempore in
debito ita non esse / sicut id est vinum quod videtur dulce pro
pter existentem sano / videtur amarum eidem existenti in
infirmo. Et sic vinum in se et non ita se habebit / hanc ratio
nem destruit Philosophus ostendens quod id sensus de eodem sensibili in
eodem tempore numquam dicet in se et non in se habere / quod dicat in
diverso tempore / hoc non est quia erit esse sibi mutationis quae est in sensu / sed
quia errat esse sensibile. Quasi non sensus in remanentibus sic
immutatur et esse hoc non decipitur. Sed esse sensibile quod erat esse
tale / quale est propria mutatio decipitur. Verbi gratia gustus
in infirmo infectus aliquo sapore amaro percipit dul
ce ac si esset amarum, esse et in immutatione non decipitur
quia non percipit sic immutatur, sed esse obiectum potest esse de
ceptio quod iudicatur esse amarum cum sit dulce. Nullo
ergo dictum est quod obiectum ita et non ita se habet, quia sensus obiectum
uno modo se habet quia vel est dulce tantum vel est amarum
tantum, sed quod sic vel non sic iudicatur / hoc est vel quia factum est immu
tatio in sentiente vel quia factum est in sensibili / hoc est ergo quod dicit
tertia quod sensus numquam in eodem tempore esse id sensibile nunc di
cet in se et non in se habere. Et in fine est quod quaedam sunt vera. Sensus
et id in alio et alio tempore non dubitat esse passionem et im
mutationem factam a sensibili, esse non hoc non errat sed dubi
tat vel errat esse sensum cum accidit illa passio. Verbi gratia
de eodem obiecto secundum unum gustum aliquando dicit quod est dulce
quod provenit vel propter mutationem corporis sensibilis vel propter immuta
tionem instrumenti gustus quod in febre quamvis huiusmodi iudi
cat dulce esse amarum, numquam tamen gustus ipse errat
quando iudicat obiectum suum tale quale apprehendit. Verum est quod
idem aliquando apprehenditur esse dulce aliquando esse amarum propter va
riationem ex parte sentientis et non propter mutationem ex parte
sensibilis. Dulce enim aliquando sentitur amarum, non quia non sit ta
le quale prius, sed propter mutationem ex parte sentientis. Et ideo de
ipso dulci declarat prius ad eum vere dulce quod vere est
tale in se ex necessitate, sed aliquando aliter apprehenditur propter indis
positionem sentientis. Amplius eius dicit quod vel et ponit
sextam rationem dicens quod omnes ponentes praedictae opinionis destru
unt omnia praedicata essentialia ex istis opinionibus se quod
vel est necessarium in rebus. Sed non opinio istorum res ita et non
ita se habent et hoc quia opposita sunt aequaliter vera. Sed quod ita est
destruit praedicatum essentiale quia praedicata essentialia ita
accipiuntur unum quod non accipiuntur oppositum illius / destruitur
tur et id quod est necessarium / quia necesse esse non habet se in et non ita
/ sed tantum se habet uno modo. Amplius est dicit totaliter quod
ponit septimam rationem contra opinionem quae talis est. Si secundum
istam opinionem res habent suum esse in sentiri, ex hoc non
videtur quod sentiuntur. Et nunc res in sua entitate dependent
a sensu, non quod est impossibile. Probatio quia si ita ita esset / remotis ani
malibus removerentur omnia entia. Remoto enim animali removetur
sensus. Et hoc quia sensus non est nisi in animali. Remotis autem sensibus
removentur sensibilia ex quo sensibilia dependent a sensu.
Ergo est impossibile quia sensibilia se habent ad modum moventium
sensus autem ad modum mobilium. Magis ergo verum est quod sensus
dependet a sensibili quam econverso. Magis enim dependet mobile
a movente quod movet a mobili. Magis enim verum est quod re
moto sensibili removetur sensus quam econverso quia remoto
movente removetur motus mobilis / unde propter istam quaedam
quod si sensibile ex hoc est solum quia sentitur et quia sic apparet sensui

sim. sec. q non existentibus animalibus non erunt res sensibiles

et hoc q non existentibus animalibus non erunt sensus a quibus secundum hanc

opinionem dependent res sensibiles in sua veritate / sequitur q res

sensibiles destruuntur ad destructionem sensuum. hoc est impossibile. dicit

n. q sensibilia in quantum sensibilia hoc est in quantum actu movent

sensum / non sunt sine sensibus. hoc non est impossibile / sed fortassis verum est.

cum dicit est autem secundum sensus passio facta in sensu ab ipso sensibili

q non est sine sensu. nec etiam sensibili. tamen dicere q subiecta sensibilia

q faciunt sensum non possunt esse sine sensu in quantum in sua entitate

dependent a sensibus hoc est impossibile. est autem. quia sensus non est sui

ipsius. hoc est non movet seipsum ad actum. sed est aliud aliquid

extrinsecum. s. ipsum sensibile q movet ipsum sensum ad actum.

Si ergo sensibile movet sensum de potentia ad actum necesse est q ipsum

sensibile sit prius sensu sic prius est movens moto / prius

q non dependet a posteriori sed econverso. ergo nec remoto posteriori

remotum prius. ergo remoto sensu non removetur sensibile

sicut dicebant isti. et si dixerit q sensibile et sensus sunt re

lativa ad invicem dicenda. remoto q uno relativorum re

movetur reliquum / Intelligendum sec. propositum nostrum sumendo q non

est q sicut dicitur phisi in quinto hoc sensibile et sensus in refe

runtur ad invicem q sensus dependet a sensibili et non

econverso. Sensibile ergo refertur ad sensum quia sensus refertur

ad ipsum / non obstante ergo q ad invicem referuntur Intelligendum

nunc sec. propositum nostrum quia sensus est relatum et re

sensibile ad sensum non.

Sunt q quidam. In parte ista improbat opinionem

quorundam / q ex quadam parte sustinebant istam

opinionem q omne q apparet est verum / quamvis opinio videbatur

convincere precedentibus rationibus phi quibus videbatur ~~eam~~

~~eam~~ ostendere q non omnia apparentia sunt eis vera / sed q non

est parte. d. f. quia primo ponit opinionem istorum. Secundo improbat

eam. i. Si a non omnia sunt ad aliquid. parte d. quia primo po

nit opinionem istorum. ergo ostendit q est q decipiebat is

tos et eis alios. i. ponit q omnes dubitent tales / de

mum prima notandum est q phi in tota lectione precedenti des

truebat istam opinionem de apparentibus per hoc q iudi

cium non sunt eque vera. non. n. est credendum est sano sicut

infirmo. vigilanti sicut dormienti. hoc q quidam dicebant

eis q magis credebant sano q infirmo sapienti q

ignoranti dicebant q non potest discerni inter sanum et infir

mum inter sapientem et ignorantem / et ideo non potest sciri quis

habeat rectum iudicium. ad hoc respondet phi q dubita

re de hoc est dubitare de per se noto. discerni. n. inter

vigilantem et dormientem per se notum est. ergo quod dicit littera / q

sunt quidam qui persuasi a rationibus dicentium istas opi

niones et qui decepti per predictam opinionem. querunt ab

illo qui dicit q iudicia sanorum et infirmorum non sunt

eque vera quis est qui potest discernere inter sanum et infir

mum et inter illum qui non recte iudicant esse omnia / Sic autem

dubitare sic dubitant isti. est dubitare de per se

manifestis. est. n. dubitatio istorum similis dubitationi il

lorum q dubitant utrum vigilant vel dormiunt. Dec

n. est dicit. ponit q omnes / ostendit in quo decipiebant isti et

ex quo colligebant errorem eorum. unde notandum est q er

ror eorum ex hoc colligebatur / quia credebant q omne verum

posset demonstrari. querebant. n. omnium rationem et principium.

qui. n. dicebatur eis q sanus recte iudicat et

non infirmus. vigilans et non dormiens. volebant hoc sibi pro

inventorum. quia non sufficiebat eis dicere hoc est non demonstrabant

eis hoc q est. unde fuit magnus error velle ergo omnia de

monstrari. hoc est ergo q dicit littera q omnes tales dubitent idem

possunt. hoc est ad idem tendunt. hii. n. sic opinantes dignificant

omnium esse rationem. i. dignum existimant omnium esse demonstrationem.

omnium. n. querunt principium. quod quidem principium hic per demonstrationem

hoc est q est eius demonstrationis. negabant ergo isti dicere quod

dicit phi. s. q differentia est inter vigilantem et dormientem in iudi

cando. et hoc quia omnia hec non possunt probari demonstrative

sed hoc negarent ore tamen eis non fuit persuasum in men

te. non. n. poterant mente negare q aliquis non esset

ex actibus eorum. actus. n. eorum manifestant quod sc

quid est iudicium vigilantium et non dormientium. sed q non

sunt decepti nec dubitent in mente sua. sed tamen in hoc est

passio et infirmitas eorum quia querunt demonstrationem quorum non

est demonstratio. cum tamen multa sint q non demonstrantur. principia. n. de

monstrationis non demonstrantur sed sunt ante demonstrationem et hoc

facile est eis credere. non. n. est difficile sumere et inve

nire q non demonstrationis est q non stet resolutio ad aliqua prima

que non demonstrantur. sed q sit eis facile esse hoc. tamen

sic pertinentes faciunt vim in solo verbo volentes

nos deducere ad aliquid impossibile. voluit. n. ducere

nos ad hoc q omnia sint similiter vera. et ponunt omnia apparentia

et hoc dicunt quia ut videtur eis omnia illa dici possunt quia demonstra

tive improbari non possunt. Verum est dicit. Si a non omnia.

obviat predicte opinioni et dicit i. d. p. c. duas rationes quarum

ad invicem. Secunda i. ampsi si unum ad unum. In prima parte in

tendit talem rationem. Si omnia sunt eis vera. quia sic videntur

et sic apparent in q entitas rerum sit in iudicio et ap

parentia / sequitur q omnia sunt ad aliquid et q entitas est in respectu ad

opinionem et ad sensum. Sed hoc est impossibile ergo et primum / ista

autem ratio sic procedit. quia primo ponit consequentiam. s. q si

omnia sunt in apparere et videri. omnia sunt in respectu. ut ex hoc

habetur destructio antecedentis. et ibi. et sic prius demonstratum est.

esse primum. d. f. quia primo ponit quandam de qua demonstravimus.

Secundo dat quendam solutionem apparentem quam possunt dare

dicentibus. q omnia apparentia sunt talia qualia apparent.

et ibi. Ipsi q ratiocinantur / Dicit ergo primo q si omnia non

sunt relativa nec in respectu sed multa sunt que habent esse in se sine respectu ad

aliquid. sequitur q non omne apparens est verum. ista. n. opinio q

ponit q omnia que apparent sunt vera. entitatem omnium po

nit esse in quodam respectu ad opinionem et sic facit omnia

entia esse ad aliquid et omnia esse sunt relativa et in respectu

est impossibile sicut ostenditur in textu / ergo et primum. s. q omnia

apparentia sunt vera. Verum est dicit. Ipsi quod ratiocinantur

docet dare quandam solutionem apparentem / dicentibus q omnia sunt vera

que apparent / et est solutio sua in verum / quod dicenti q omnia que

apparent talia sunt qualia apparent / respondendum est q non

sunt talia simpliciter et in se. sed tantum respectu huius cui sic videntur

ut si sit dulce videatur amarum in infirmo non est

dicendum q dulce sit amarum in se. sed solum respectu huius cui

sic videtur / unde hanc verum sumendum probatur textu quod dicit q omnes

predicti sophiste q querunt vim in sermone. hoc est qui

querunt concedi ergo sermonem de omnibus. et quod dignum pu

tant q sermo de omnibus possit esse verus. obviandum est eis

concedatur eis absolute q omne apparens est verum / Sed

Marginalia: ¶ (beside "tos et eis alios"); "ra / ba" (beside "ignoranti dicebant"); "// hec est" (beside "vigilantem et dormientem per se notum"); "sunt vera" (beside "dicentibus q omnia sunt vera").

eodem est quod id quod apparet est verum non absolute, sed id cui
apparet et quando apparet et illo modo quo apparet. Si
enim aliquis sustinuerit absolute quod omne apparens est verum
et non sustinuerit cum hac conditione de qua dictum est,
scilicet quod est verum cui apparet, necesse accidet contraria esse in
eodem. Quod probat sic: contingit quod id quod videtur esse mel visui gustui
tamen non videtur esse mel. Si ergo absolute quicquid apparet est
verum, sequitur quod id sit mel et non mel. Quod etiam probat sic: quia
oculis duobus existentibus non eadem apparent visui, si
est non eadem virtus utriusque visus, aut si sit per utrumque oculum
et si unus eorum oculus distortus afficiatur, puta si unus
oculus afficiatur aliquo vapore nigro vel grosso,
alius autem non, eadem res videbitur obscura per u-
num oculum et per alium non. Si ergo omne apparens est
verum, sequitur quod eadem res sit obscura et non obscura.
Sic ergo contingeret si praedicta positio vera esset quod omne apparens est
verum et sic contraria essent in eodem. Sicut dum
quis in tactu iudicat esse duo in variatione digitorum,
visus iudicat esse unum. Sed unum et non unum et eidem sensui
et eodem tempore contraria non apparent eidem, sed secundum alium et a-
lium sensum et alio et alio tempore. Possibile est quod utrumque
contrariorum videatur esse verum. Unde qui sic dicerent,
qui dicunt hoc quod dicunt non propter dubitationem sed propter orationem,
idest non est alia ratio nisi quia ipsam orationem concedunt,
dicendum est quod hoc quod apparet non est verum simpliciter,
sed verum huic cui apparet. Deinde cum dicit Et sicut
prius dictum est, ponit quintam rationem, scilicet quod sicut dicta posi-
tio excedit hoc quod videtur et apparet, quod scilicet omnia sunt in relatione
ad opinionem et sensum, hic destruit quod dixerat, quod si-
cut prius dictum est, si omne apparens est verum, necesse est quod omnia
sint relata ad opinionem et sensum, ita quod nulla res sit nisi
quando opinatur. Sed quod hoc est impossibile patet, quia certum
in rebus vel generatum non est idem quod habet actum opinionis, quia ad
futurum est, quia multa fiunt et facta sunt de quibus non
habetur opinio vel cogitatio, sicut illa quae sunt in profundo
maris vel in visceribus terrae. Non ergo omnia sunt relata ad
opinionem et sensum. Deinde cum dicit Amplius si unum
ad unum, ponit sextam rationem et est talis: relativa sunt
ex hoc quod apparens opinanti et sentienti sunt
relata ad unum. Sed hoc est impossibile, quia unumquodque
relativum habet suum determinatum correlativum. Ergo impossibile est
quod omne ens sit verum ex eo quod apparet aliquid alicui. Sic est
ergo quod dicit: Item si unum non refertur nisi ad unum
non ad quodlibet, sed ad determinatum unum, et si unum
unum et idem sit dimidium et aequale, hoc tamen non refertur
ad duplum in quantum est aequale, sed in quantum dimidium.
Et similiter si idem sit homo et hoc opinans, quod est sic opi-
natum non refertur homo quod est ipsum homines opinans,
sed in quantum opinans. Sed in quantum opinatur, quia relatio est
ad opinantem et opinatum; et tamen secundum istam opinionem
ponit quod omnia entia in quantum sunt huiusmodi referuntur ad opi-
nantem, scilicet quod infinita sunt quae referuntur ad unum
opinantem, quia eum non sit una quae opinatur. Deinde
cum dicit Quoniam ergo etc., concludit conclusionem principalem
et dicit: quia primo conclusit principalem conclusionem, ergo eliciat
ad corollarium. Quia ergo impossibile est, dicit ergo primo quod
manifestum est ex dictis quod inter omnes opiniones firmissima haec est

firmissima quae dicit quod opposite dictiones vel propositiones
non verificantur de eodem. Manifestum est etiam quae inconvenientia sequantur
accidunt dicentibus eas esse simul veras. Manifestum est
etiam propter quid cum sic dicebant. Deinde cum dicit
Quoniam impossibile est, ex praedicta conclusione elicit quoddam
corollarium. Et est illud quod si contradictio non verificatur
de eodem, nec contraria. Cuius ratio est quia in qualibet contrarietate
includitur contradictio et hoc quia unum contrariorum est negatio vel privatio
alterius, et hoc est quod dicit: Ita quod si impossibile est contradictionem veri-
ficari de eodem, manifestum est quod contraria eidem esse non
possunt, quia in contrariis unum alterum eorum est privatio, quia in
alius oppositum. Et tamen est ei quod alterum contrariorum se habet
ad modum privationis et alterum ad modum habitus. Privatio autem
est quaedam negatio substantiae, idest est quaedam negatio in aliquo determinato ge-
nere. Si ergo alterum contrariorum se habet ad modum privationis
et alterum ad modum habitus, privatio autem est quaedam nega-
tio, idest est quaedam negatio in aliquo determinato genere, si igitur al-
terum contrariorum includit privationem et privatio est quaedam negatio, tunc
impossibile est simul affirmare et negare idem de eodem, et
impossibile est contraria inesse eidem simul, sed tamen contraria insunt
eidem quo, idest secundum quod, puta quod ambo sunt in potentia vel quod
unum contrariorum insit aliquo modo quod et alterum simpliciter,
puta quia unum est in potentia et reliquum in actu. Hoc non
est impossibile. Quod etiam quod alterum contrariorum includit
negationem ratione alterius et alterum includit habitum et
affirmationem. Sed tamen sic contraria non dividunt totum ens,
sed solum sunt in determinato genere in affirmatione et negatione quae inve-
niuntur in quolibet, non dividunt totum ens sed solum dicitur
affirmationem et negationem in tali genere. Et hoc est quod dicit Philosophus, quod al-
terum contrariorum est negatio substantiae, idest est negatio in determinato subiecto.
Nec vero inter contradictionem contingit esse medium. Postquam ostendit quod impossibile est
contradictionem non est simul veram, hic ostendit quod inter contradictionem
non est medium. Et hoc est ostendere quod contradictionem necesse est simul
falsa de eodem. Si enim inter contradictionem esset medium, tunc
praeter contradictionem posset verificari de eodem, sicut non
est medium in contrariis. Ita tunc esset in contradictionibus, ut
contrariorum sic inveniret quod falsum erat dicere quod ipsum me-
dium sit aliquod extremorum, sicut falsum est dicere quod pal-
lidum sit album vel nigrum, et verum est dicere quod pal-
lidum nec est album nec est nigrum. Eo modo si inter
esse et non esse esset medium, falsum esset dicere quod illud
medium esset vel non esset, et verum esset dicere quod nec
esset nec non esset, secundum quod infra probabit. Et quia primo
disputat contra illam opinionem quae ponit medium inter con-
tradictionem, secundo disputat contra quasdam opiniones quae videntur
et procedere contra ista, idest contra illam, ibi: Haec autem primo
dividit tamen. Quia primo disputat contra illam opinionem, ideo dicit
continue quia aliqua movet quod ad positionem praedictam ipso in
... necessarium quibusdam primo ponere, idest in unum, et, ...
ponere quasdam adducit contra positionem opinionem. Secunda: Amplius
medium. Tertia: Amplius omne. Quarta: Amplius praeter omnia.
Quinta: Et praeter haec erit. Sexta: Amplius in quibusdam.
Septima: Amplius in infinitum. Octava: Amplius quando
genus. Ponit ergo primam rationem et est talis: quod non
sit medium inter contradictionem, patet ex diffinitione veri et fal-
si. Verum quidem est sicut dicere non esse quod est, vel dicere esse
quod non est, et verum quod est dicere esse quod est

esse quod non est. Si ergo hec est diffinitio veri et est diffinitio falsi, necesse est quod quicumque dicat esse dicat verum vel falsum. Si dicit esse de eo quod est, dicit verum. Si autem dicit esse de eo quod non est, mentitur. Similiter necesse est quod quicumque dicit non esse dicat verum vel falsum. Si enim dicat ~~verum vel falsum non esse~~ de quo non est, dicit verum. Si autem dicit non esse de eo quod est, mentitur et dicit falsum. Et sic esse et non esse de quocumque dicuntur est verum vel falsum. Si tamen esset medium inter esse et non esse, non esset necesse quod esse et non esse de quocumque ente vel non ente esset verum vel falsum. Et hoc quia supposita positione ambo, scilicet esse et non esse, essent falsa de eodem. Sed contra istam positionem non est necesse quod de quocumque ente verificetur esse et non esse. Et hoc quia de aliquo potest verificari medium quod potest neque esse et non esse. Nec est necesse etiam de non ente quod alterum eorum sit verum vel falsum. Et hoc quia de illo medio utrumque est falsum. Non est ad contradictionem intelligere quod si esset medium inter contradictoria isto modo sic esset de contradictoriis sicut de contrariis mediatis, que non inter tantum contraria medium est. Non est necesse contraria evacuare totum genus in quo sunt, ut ista contraria. Verbi gratia, quia medium est inter album et nigrum, ideo non est necesse quod album et nigrum evacuent totum ambitum coloris. Et hoc quia aliquis color medius est qui neque est albus neque est niger. Et non est necesse quod si dicens hunc colorem esse album dicat falsum, quod non dicens hunc esse nigrum dicat verum. Et hoc quia ambo possunt dicere falsum propter unum medium. Aliter si inter esse et non esse esset medium, esse et non esse non dividunt ambitum entis neque totum ambitum non entis. Et non est necesse quod si dicens hoc esse dicat falsum, quod dicens hoc non esse dicat verum. Et hoc quia ambo possunt dicere falsum. Nec est necesse quod de ente necessario dicatur aut esse aut non esse, sicut non est necesse de colore quod necessario sit albus vel niger, neque etiam est necesse de non ente. Sed non ita est, immo constat quod verum et falsum penes esse et non esse dividunt totum ens et totum non ens, et hoc quia verum et falsum dividunt totum ens de quo aliquid enuntiatur, quia sicut esse falsum dicitur de eo quod est, vel non esse de eo quod non est. Sed contra istam positionem ambo possunt falsificari de eodem, et ex hoc esse dividit totum non ens, quia sumitur utrumque, scilicet vel esse vel non esse, quod dicitur de non ente relinquitur falso dici de eodem. Sed contra istam positionem ambo possunt falsificari. Deinde cum dicit "Amplius autem" [illegible] ponit secundam rationem, et potest esse ratio talis: si est medium inter contradictoria, nullus motus potest esse ad album vel ad bonum vel ad quodcumque simile, quod est impossibile. Ergo et antecedens. Quia probatur: si medium est inter contradictoria, quod nullus motus potest esse ad album vel ad bonum vel ad quodcumque simile. Non enim motus est ad bonum vel ad album nisi ille motus erit ex non albo et ex non bono, quod omnis motus secundum negationem [illegible] ex quo est fit. Si ergo medium est inter contradictoria, erit inter non album et album et inter non bonum et bonum. Illud ergo medium vel non est eiusdem generis cum extremis vel est eiusdem generis. Si non est eiusdem generis

cum non erit motus a non albo in album. Et hoc quia aliquis motus recipit contraria et media que sunt eiusdem generis. Si autem dicatur quod illud medium est eiusdem generis cum albo et non albo, et ex hoc quod potest esse motus a non albo in album per tale medium vel a non bono in bonum, sed esse impossibile, scilicet quod aliquis motus est ad album cum non est ex non albo et ad bonum quod non est ex non bono, cuius contrarium suppositum est. Si enim medium est inter bonum et non bonum, illud medium neque est bonum neque non bonum, sicut pallidum neque est album neque est nigrum, cum ergo motus procedat a non bono in bonum per illud medium sequitur quod motus iste erit ad bonum per aliud quod est non bonum, quia per medium. Similis ratio est probata, quod dicit quod si medium est inter contradictoria, illud medium vel erit medium per positionem et erit eiusdem generis cum extremis eo modo quo positum est pallidum medium inter album et nigrum, aut erit medium per negationem et diversi generis eo modo quo ponitur medium inter hominem et equum, id est quod neque est homo neque est equus. Si ergo fuerit medium isto secundo modo, non erit motus neque mutatio per medium, licet mutatio sic erit. Erit ex non bono in bonum et econverso. Hoc autem non est, quia per mutationem non est nisi inter contraria et media que sunt unius generis et cadunt sub uno ordine. Si autem fuit medium secundo modo, neque sic erit mutatio. Si enim est aliqua mutatio, erit mutatio ista ex non albo in album vel ex non bono in bonum. Sed quod non potest esse contra positionem, quia secundum istam positionem illud medium quod ponitur inter album et non album vel inter bonum et non bonum nec erit bonum neque non bonum. Et sic aliqua mutatio erit ad bonum quod non erit ex non bono et ad album quod non erit ex non albo.

